Quin habeaſ illud quom illuc ueneris
NI Cenſebam me effugiſſe á uita maritima
Ne nauigarem tandem hoc ętatis ſenex
Id mihi haud ut velim licere intelligo.
Ita bellus hoſpes fecit archidemides.
Vbi nunc ẽ ergo meus mneſilochus filius:
chr Deoſ atque amicos ijt ſalutatum ad forũ.
NI At ego hinc ad illum vt conueniaʒ q̃tum poteſt.
chr Ille eſt oneratus recte & plus iuſto uehit.
Exorſa hec tella non male omnino ẽ mihi,
Vt amantem herilem ope facerem filium.
Ita feci ut auri q̃tum vell& ſumer&.
Quantum autem lubeat reddere ut reddat pr̃i.
Senex in epheſum ibit aurum arcessere.
Hic noſtra agetur etas in malacũ modum,
Siquidem hic relinquit nec ſecũ abduc& ſenex
Me & mneſilochum, qvas ego hic turbas dabo:
Sed quid futurũ eſt cum hoc ſenex reſciuerit,
Quom ſe excuriſſe illuc fruſtra· ſciuerit
Nosq: aurum abuſos: quid mihi fiet poſtea:
Credo hercle aduenięns nomen mutabit mihi
Facietq: extemplo crucisalum me ex chriſalo.
Aufugero herce ſi magiſ uſus venerit
Si ero reprenſus macto ego illũ infortunio.
Si illi ſunt virge ruri; at mihi tergum domi ẽ.
Nunc ibo herili filio hanc fabricam dabo
Sup auro amicaqʒ eius inuenta bachide:

L I D V S . S E R V V S.

Pandite atqʒ aperite propere ianuam hanc orci obſecro
Nam equidem haud aliter eſſe duco quippe cvi nemo aduenit
Niſi quem ſpeſ reliquére omneſ ex ſe ut frui poſſit.
Bachideſ non Bachides ſʒ bachę ſunt acerrimae.
Apage iſtas á me ſororeſ quę hominum ſorbent ſanguinem.
Omniſ ad pernitiem inſtructa domus optime atq: opipare.
Quę ut aſpexi me continuo contuli protinam in pedes.
Ego ne ut uiſa geſtem clanculum: ut celem patrem
Pistoclere tua flagitia aut dãna aut deſidiabula.

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 96v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/96v)